



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

In Poloniam à Po[n]tifice mittitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

*In Poloniam  
à Pontifice  
missus.*

*Comes addi-  
tur ei Theo-  
doricus Ani-  
sterdamen-  
sis.*

*Canisius beati  
Ignatij exer-  
citia plurimi  
facit.*

Apparabatur in Polonia Regni conciliū  
Petricouia, in quo & causa religionis tractan-  
dum ferebatur. Ad id Concilij Cardinalem Pisanum  
destinare Pontifex cogitabat, sed interim Nuntium  
premissit Camillum Mentuatū patriā Ple-  
centinum Satriani Episcopum, eiq; duos è Socie-  
tate Theologos, & Canisium nominatim adiu-  
xit. Ipsi comes additus à Lainio Theodoricus Ge-  
rardi Amsterodamensis, quem in florentissimū  
Romani Collegij iuuentute, siue pietate, siue in-  
genio, siue doctrina, siue quibusuis aliis huma-  
nis, diuinisq; ornamentis, consentiens omnium  
opinio ferebat principem. Itaq; summo in amo-  
re omnibus, summa in expectatione erat; paulo  
que ante insignibus Theologi Doctoris acceptū  
nunc primum in lucem, solemq; prodibat. Cum  
hoc tanto comite profectus ab Vrbe Canisius, e-  
itinere Prouinciam suam reuisit. In Collegio pri-  
mum Ingolstadiano secunda omnia reperit. Be-  
grediè, quod caput est, procedebat domi pietatis  
cuius instaurandæ gratia, & multi ante eius ad-  
uentum ad exercitia spiritus recesserāt, & postea  
ceteri, per vices recessere. Hoc enim optabat ille,  
&, quoad consequi poterat, efficiebat, vt semper  
domi